

Argentinensis liberalissimo ad me
pervenerunt. Tabellarius Aschavii
litteras illas obvio dedit, cum ipse
abiret aliorsum, hic alii, tandem ta-
men illæ ad me pervenerunt. Scri-
psi gratiarum actionem D. Storckio,
eamque transmissi ejus filio Stiria
degenti, curandam. Ea si fortè non-
dum esset tradita, rogo tu interim
vicariam operam loce, luculentissi-
mas gratias professus.

Illi mi, D. Wotonii non minor erga
me humanitas in visitando fuit: do-
luit præproperus ipsius transitus.
Hortatur ut in Angliam transeam.
Mihi tamen hæc altera mea patria
propter ignominiam istam quam su-
stinet, deserenda non est ultrò, nisi
velim ingratus haberi, aut nisi in-
gratior, quòd diutius ipsis oneri esse
pergo: de quo viderint ipsi. Interim
mihi lamentabile iter in Wirtember-

B 7

giam